

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis  
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev  
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

**Marca, Pierre de**

**Parisiis, 1669**

I. Quæritur an Metropolitani qui Summi Pontificis auctoritate consecrati non erant, ejus confirmationem obtinere tenerentur post consecrationem.  
Quæstio hæc proposita est à Glossatore Decreti; cui ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15617**

*Episcopi. Sed quis Archiepiscopum, vel superiores?*  
*Dic quod de jure communi omnes Episcopi debent*  
*confessur, & tres illorum consecrare, supra cod. tit.*  
*Si Archiepiscopus. 63. dist. per ambitionem. Papatamen*  
*jam prescrigit contrarium, cuius auctoritate*  
*tanum hodie consecrantur, ut 24. q. 2. pudenda. &*  
*51. dist. cap. fin. Liber ille sacramentalis Gulielmi de*  
*Montelauduno extat MS. in Bibliotheca Ecclesiae*  
*Helenensis, unde locum hunc à me describi Marca*  
*jussit anno M D C L X, quin apud Ruscinoes degret*  
*pro signis regnum limitibus in Pyrenæo. Eju-*  
*dem libri duo manucripta exemplaria extant in Bi-*  
*bliotheca monasterii Rivipullensis apud Catalanoes,*  
*aliud in archivio Ecclesiae Narbonensis, itemque aliud*  
*in Bibliotheca Regis Christianissimi. Ceterum Gu-*  
*lielmi hujus lucubrationes frequenter laudat Richardus*  
*Archiepiscopus Armachanus in Tractatu MS.*  
*De audiencia confessionum, itemque Franciscanus quadam*  
*qui ea temestate adversus hunc Richardi*  
*Tractatum scripsit, Bernardus Lauretus Praefes Tolofanus in Tractatu de potestate seculari in Ecclesiastico,*  
*Arnulphus Ruzenus in Tractatu juris Regalæ,*  
*Philippus Probus in Tractatu item juris Regalæ,*  
*Glossator libri Sexti Decretalium, aliquis. Quoniam*  
*vero nullus haec tenus, quod sciām, ejus viri opera*  
*recensuit, utrāq; occasione ut ea promam quā mihi*  
*comporta sunt. Scriptis itaque Gulielmus de Montelauduno, præter librum Sacramentalem, Lecturam in Librum Sextum Decretalium, quam laudant Ruzenus & Probus; ad quam Apostillas seu Additio-*  
*nes scripsit Blasius Aurioli Doctor Tolofanus. Scriptis*  
*præterea Apparatus Constitutionum Clementis V.*  
*qui frequenter item laudatur a Ruzeno & Aufriero in*  
*Repetitionibus ad Clementem. Hujus autem Apparatus*  
*triā manucripta exemplaria extant in Bibliotheca mo-*  
*nasterij sancti Sergii Andegavensis, itemque aliud in*  
*Bibliotheca monasterij sancti Albini Andegavensis.*  
*In eodem codice sancti Albini extat Apparatus ejus-*  
*dem Gulielmi super Extravagantes Domini Iohannis*  
*Papa XII. qui laudatur etiam a Ruzeno &*  
*Probo. Scriptis etiam Gulielmus iste Tractatum de*  
*Cardinalibus, qui laudatur ab Egidio le Maistre in*  
*Tractatu de Regalibus cap. v. Quædam portio ejus*  
*Lecturæ in aliquot juris Canonici posterioris capita*  
*editæ sunt in voluminibus Repetitionum Iuris Ca-*  
*nonici.*

## C A P V T V.

## Synopsis.

I. *Queritur an Metropolitanus qui Summi Pontificis auctoritate consecrati non erant, ejus confirmationem obtinere tenerentur post consecrationem. Questio hoc proposita est à Glossatore Decreti; cui heret aqua. Episcopi specialis Diocesis Ecclesia Romana confirmabantur a Summo Pontifice. Diversum prorsus obtinebat quoad alios.*

II. *Objicitur Patriarchas antiquitus ea necessitate obstrictos fuisse ut tenerentur ad obtinendam confirmationem suam a Summo Pontifice. Potiori jure id observandum esse quoad Metropolitanos.*

III. *Opponitur deinde exemplum Ecclesie Thessalonicensis, ad cuius Episcopum relationem de ordinatione sua mittere tenebantur Metropolitanus Illyrici orientalis. Hoc ex profectum, quod Episcopus Thessalonicensis ius patriarchicum obtineret in Illyrico.*

IV. *Tum adducitur exemplum Episcoporum Gallicanorum, qui Hincmarus Remensis ordinationem confirmari petunt à Sergio. Sed id trahi non potest in consequentiam, cum ob gravem causam ita fieri oportuerit, ad infringendos nimirum conatus Eboronis.*

I. **H**ec sece offert quæstio magni momenti, habita ratione argumentorum quæ inde deduci possunt; nimirum, an Metropolitani qui neque à Summo Pontifice neque ex mandato ejus consecrati erant, ejus confirmationem obtinere tenerentur post consecrationem. Difficultatem hanc proponit Glossa in cap. *Quia igitur dist. 63.* Verum cùm decisio hujus quæstionis molestum haberet auctorem hujus Glossæ, eò confugit, ut diceret plures esse Archiepiscopos qui à Summo Pontifice non confirmantur, sed tantum recipiunt Pallium. Eruditus quidem & vera est hæc opinio: attamea explicatione indiget, & testimonii scriptorum quibus fulciri possit. Episcopi namque specialis Diocesis Ecclesia Romana distinguendi sunt à reliquis Episcopis Occidentis, qui ad eam Diocesim non pertinebant. Illi a Summo Pontifice confirmabantur, cujus consensus accedebat ante vel post consecrationem. At ceteri neque ab eo confirmabantur, neque consecrabantur; fruebanturque privilegiis quæ Nicæna synodus decrevit Metropolitanis esse servanda, & ea libertate quam eis Ephesinum Concilium precipit conservari.

II. Ac mihi quidem in hanc quæstionem accuratè inquirenti visum est tria potissimum adversus hanc regulam posse opponi; mæisque esse partes duxi ut palam promerem quæ mihi in mentem circa hæc venerunt, quibus difficultates illas complanari posse existimo. Primum ergo dici potest (id quod illustrissimus Cardinalis Baronius, iisque qui de fidei controversiis tractant, persuadere conantur) Patriarchas antiquitus ea necessitate obstrictos fuisse ut tenerentur ad obtinendam confirmationem suam a Summo Pontifice. Quod se probare existant auctoritate Leonis I. qui rogante Theodosio Imperatore confirmavit electionem Anatolij Constantinopolitanus. Adducunt etiam auctoritatem Papæ Simplicij, qui confirmationem Patriarchæ Alexandrini recusavit, & alia his similia argumenta. Cùm itaque eorum erga Patriarchas uteretur Episcopus Romanus, dubitari non potest quin potiore jure Metropolitanus teneantur ad obtinendam ejus confirmationem.

Quod ad Patriarchas attinet; responderi potest confirmationem illam non esse signum jurisdictionis, sed tantum susceptionis in communionem, & testimonium quo con-